

son jueces, conforme á la tradicion de los padres, y como enseñan san Cipriano (ad Jubaian), san Hilario (de Syn.), san Ambrosio (ep. 22), san Gerónimo (apol. contra Ruffin.), Osio (apol.), san Agustin (ep. ad Solit.) y san Leon el Grande (ep. 16). Pero se dice, no sólo asistieron al concilio de Jerusalem los obispos, sino tambien los ancianos : *Convenerunt apostoli et seniores* (Act. 15, 16). Dieron tambien su dictámen : *Tunc placuit apostolis et senioribus*, etc. (22). Responden algunos que por ancianos se entienden los obispos que habian sido consagrados por los apóstoles. Otros dicen que aquellos no fueron llamados como jueces, sino como consejeros para dar su parecer, y de este modo tranquilizar mejor al pueblo. No se puede objetar que muchos obispos son guiados por las preocupaciones, ó que son de malas costumbres y destituidos de la asistencia divina, ó ignorantes y privados de la ciencia necesaria ; porque habiendo Dios prometido á su iglesia la infalibilidad, y en ella al concilio que la representa, prepara y hace concurrir los medios convenientes para la definicion de los dogmas de fe. Por consiguiente, no habiendo evidencia de que una definicion ha sido defectuosa por faltar alguna condicion necesaria, todo fiel debe someterse al juicio formado por el concilio.

90. En cuanto á los demas errores profesados por los sectarios contra la tradicion, contra los sacramentos, contra la misa, contra la comunion bajo la sola especie de pan, contra la invocacion de los santos y la devocion á sus festividades, á las reliquias é imágenes, y contra el purgatorio, las indulgencias y el celibato eclesiástico, no hablaré ahora de ellos, por haberlos refutado suficientemente en mi obra dogmática sobre el concilio

de Trento, contra los reformados (Véase la ses. 23, § 1 y 2). Pero para dar una idea del espíritu que anima á estos nuevos doctores de la fe, haré notar aquí una proposicion curiosa, que Lutero aventuró públicamente en un sermón, en circunstancias que estaba irritado contra algunos turbulentos que no habian querido depender de su consejo. Dijo pues para inspirarles temor : « Revocaré cuanto he escrito y enseñado, y me retractaré de ello (serm. in Abus., l. 7, p. 275). » ¡Hé aquí la bella fe que enseñaba este nuevo reformador de la iglesia, pronto á revocarla si no se viese respetado ! Y tal es la de todos los demas sectarios, quienes no pueden ser constantes en su creencia, una vez separados de la verdadera iglesia, que es la única áncora de salvacion.

---

## DISERTACION DUODÉCIMA.

REFUTACION DE LOS ERRORES DE MIGUEL BAYO.

1. Para refutar el falso sistema de Miguel Bayo, es necesario trascribir sus setenta y nueve proposiciones condenadas, las cuales dan á conocer su sistema. Hé aquí estas proposiciones censuradas por el papa Pio V, en 1564, en su bula que comienza con estas palabras : *Ex omnibus afflictionibus*, etc. 1. *Nec Angeli, nec primi hominis adhuc integri merita recte vocantur gratia.* — 2. *Sicut opus malum ex natura sua est mortis eterne meritorium, sic bonum opus ex natura sua est vite*



æternæ meritorium. — 3. Et bonis Angelis, et primo homini, si in statu illo permansissent usque ad ultimum vitæ, felicitas esset merces, et non gratia. — 4. Vita æterna homini integro, et angelo, promissa fuit intuitu bonorum operum: et bona opera ex lege naturæ ad illam consequendam per se sufficiunt. — 5. In promissione facta angelo, et primo homini, continetur naturalis justitiæ constitutio, quæ pro bonis operibus, sine alio respectu vitæ æternæ justis promittitur. — 6. Naturali lege constitutum fuit homini, ut si in obedientia perseveraret, ad eam vitam pertransiret, in qua mori non posset. — 7. Primi hominis integri merita fuerunt primæ creationis munera: sed juxta modum loquendi Scripturæ Sacræ, non recte vocantur gratiæ, quo fit ut tantum merita, non etiam gratiæ debeant nuncupari. — 8. In redemptis per gratiam Christi nullum inveniri potest bonum meritum, quod non sit gratis indigno collatum. — 9. Dona concessa homini integro et angelo, forsitan, non improbanda ratione, possunt dici gratia: sed quia secundum usum Scripturæ nomine gratiæ tantum ea munera intelliguntur, quæ per Jesum male merentibus et indignis conferuntur; ideo neque merita, nec merces quæ illis redditur, gratia dici debet. — 10. Solutionem pœnæ temporalis, quæ, peccato dimisso, sæpe manet, et corporis resurrectionem, proprie non nisi meritis Christi adscribendam esse. — 11. Quod pie et juste in hac vitâ mortali usque in finem conversati vitam consequimur æternam, id non proprie gratiæ Dei, sed ordinationi naturali statim initio creationis constitutæ, justo Dei judicio deputandum est. — 12. Nec in hac retributione bonorum ad Christi meritum respicitur, sed tantum ad primam constitutionem generis humani in qua

lege naturali institutum est, ut justo Dei judicio obedientiæ mandatorum vita æterna reddatur. — 13. Pelagii sententia est, opus bonum citra gratiam adoptionis factum non esse regni cœlestis meritorium. — 14. Opera bona a filiis adoptionis facta non accipiunt rationem meriti ex eo quod fiunt per spiritum adoptionis inhabitantem corda filiorum Dei, sed tantum ex eo quod sunt conformia legi, quodque per ea præstatur obedientia legi. — 15. Opera bona justorum non accipient in die judicii extremi ampliorem mercedem, quam justo Dei judicio merentur accipere. — 16. Ratio meriti non consistit in eo quod qui bene operatur habeat gratiam et inhabitantem Spiritum Sanctum, sed in eo solum quod obedit divinæ legi. — 17. Non est vera legis obedientia, quæ fit sine charitate. — 18. Sentiant cum Pelagio, qui dicunt, esse necessarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam adoptionis sublimetur ad statum deificum. — 19. Opera catechumenorum, ut fides, et pœnitentia, ante remissionem peccatorum facta, sunt vitæ æternæ merita, quam ii non consequentur, nisi prius præcedentium delictorum impedimenta tollantur. — 20. Opera justitiæ, et temperantiæ, quæ Christus fecit, ex dignitate personæ operantis non traxerunt majorem valorem. — 21. Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur pœnam æternam. — 22. Humanæ naturæ sublimatio et exaltatio in consortium divinæ naturæ debita fuit integritati primæ conditionis; ac proinde naturalis dicenda est, non supernaturalis. — 23. Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli ad romanos secundo, Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, intelligunt de gentibus fidem non habentibus. — 24. Absurda est eorum senten-



tia, qui dicunt, hominem ab initio dono quodam supernaturali, et gratuito, supra conditionem naturæ fuisse exaltatum, ut fide, spe, charitate, Deum supernaturaliter coleret. — 25. A vanis et otiosis hominibus secundum insipientiam philosophorum excogitata est sententia, hominem ab initio sic constitutum, ut per dona naturæ superaddita fuerit largitate conditoris sublimatus, et in Dei filium adoptatus; et ad pelagianismum rejicienda est illa sententia. — 26. Omnia opera infidelium sunt peccata, et philosophorum virtutes sunt vitia. — 27. Integritas prima creationis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio. — 28. Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio non nisi ad peccandum valet. — 29. Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum. — 30. Non solum fures ii sunt et latrones, qui Christum viam et ostium veritatis, et vitæ negant; sed etiam quicumque aliunde quam per Christum in viam justitiæ, hoc est, ad aliquam justitiam conscendi posse dicunt; aut tentationi ulli sine gratiæ ipsius adjutorio resistere hominem posse, sic ut in eam non inducatur, aut ab ea superetur. — 31. Charitas perfecta et sincera, quæ est ex corde puro et conscientia bona, et fide non ficta, tam in catechumenis, quam in pœnitentibus, potest esse sine remissione peccatorum. — 33. Catechumenus juste, recte et sancte vivit, et mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quo in baptismi lavacro demum percipitur. — 34. Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturæ, et gratuiti, quod Deus amatur ut beatorum, vana est, et comitentia, et ad illudendum sacris litteris, et plurimis ve-

terum testimoniis excogitata. — 35. Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est. — 36. Amor naturalis, qui ex viribus naturæ exoritur, et sola philosophia per elationem præsumptionis humanæ, cum injuria crucis Christi defenditur a nonnullis doctoribus. — 37. Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturæ solis viribus ortum ducit, agnoscit. — 38. Omnis amor creaturæ naturalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quæ a Joanne prohibetur; aut laudabilis illa charitas, qua per Spiritum-Sanctum in corde diffusa, Deus amatur. — 39. Quod voluntarie fit, etiamsi in necessitate fiat, libere tamen fit. — 40. In omnibus suis actibus peccator servit dominanti cupiditati. — 41. Is libertatis modus, qui est a necessitate sub libertatis nomine non reperitur in Scripturis, sed solum libertatis a peccato. — 42. Justitia, qua justificatur per fidem impius consistit formaliter in obedientia mandatorum, quæ est operum justitia, non autem in gratia aliqua animæ infusa, qua adoptatur homo in filium Dei, et secundum interiorem hominem renovatur, et divinæ naturæ consors efficitur, ut sic per Spiritum-Sanctum renovatus, deinceps bene vivere, et Dei mandatis obedire possit. — 43. In hominibus pœnitentibus ante sacramentum absolutionis, et in catechumenis ante baptismum est vera justificatio, et separata tamen a remissione peccatorum. — 44. Operibus plerisque, quæ a fidelibus fiunt, solum ut Dei mandatis pareant, cujus modi sunt obedire parentibus, depositum reddere, ab homicidio, a furto, a fornicatione abstinere, justificantur quidem homines, quia sunt legis obedientia, et vera legis justitia; non tamen iis obtinent incrementa virtutum. — 45. Sacrificium missæ non alia ratione est sacrificium,



quam generali illa, qua omne opus quod fit, ut sancta societate Deo homo inhaereat. — 46. Ad rationem, et definitionem peccati non pertinet voluntarium; nec definitionis quaestio est, sed causae et originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium. — 47. Unde peccatum originis vere habet rationem peccati, sine ulla relatione ac respectu ad voluntatem, a qua originem habuit. — 48. Peccatum originis est habituali parvuli voluntate voluntarium, et habitualiter dominatur parvulos, eo quod non gerit contrarium voluntatis arbitrium. — 49. Et ex habituali voluntate dominante fit, ut parvulus decedens sine regenerationis Sacramento, quando usum rationis consequens erit, actualiter Deum odio habeat, Deum blasphemet, et legi Dei repugnet. — 50. Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quae homo invitus patitur, sunt prohibita praecepto: non concupisces. — 51. Concupiscentia, sive lex membrorum, et prava ejus desideria, quae inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia. — 52. Omne scelus est ejus conditionis, ut suum auctorem et omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio. — 53. Quantum est ex vi transgressionis, tantum meritorum malorum a generante contrahunt, qui cum minoribus nascuntur vitiis, quam qui cum majoribus. — 54. Definitiva haec sententia, Deum homini nihil impossibile praecepisse, falso tribuitur Augustino, cum Pelagii sit. — 55. Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur. — 56. In peccato duo sunt, actus et reatus: transeunte autem actu nihil manet, nisi reatus, sive obligatio ad penam. — 57. Unde in sacramento baptismi, aut sacerdotis absolutione proprie reatus peccati dumtaxat tollitur; et ministerium sacerdotum solum liberat

a reatu. — 58. Peccator poenitens non vivificatur ministerio sacerdotis absolventis, sed a solo Deo, qui poenitentiam suggerens, et inspirans, vivificat eum, et resuscitat; ministerio autem Sacerdotis solum reatus tollitur. — 59. Quando per eleemosinas aliaque poenitentiae opera Deo satisfacimus pro poenis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant (nam alioqui essemus saltem aliqua ex parte redemptores), sed aliquid facimus, cujus intuitu Christi satisfactio nobis applicatur, et communicatur. — 60. Per passiones sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta, sed per communionem charitatis nobis eorum passiones impartuntur, et ut digni simus, qui pretio sanguinis Christi a poenis pro peccatis debitis liberemur. — 61. Celebris illa doctorum distinctio, divinae legis mandata bifariam impleri, altero modo quantum ad praeceptorum operum substantiam tantum, altero quantum ad certum quemdam modum, videlicet secundum quem valeant operantem perducere ad regnum (hoc est ad modum meritorum) commentitia est, et explodenda. — 62. Illa quoque distinctio, qua opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex objecto, et omnibus circumstantiis rectum est, et bonum (quod moraliter bonum appellare consueverunt), vel quia est meritorium regni aeterni, eo quod sit a vivo Christi membro per Spiritum charitatis, rejicienda est. — 63. Sed et illa distinctio duplicis justitiae alterius, quae fit per spiritum charitatis inhabitantem, alterius quae fit ex inspiratione quidem Spiritus-Sancti cor ad poenitentiam excitantis, sed nondum cor habitantis, et in eo charitatem diffundentis, qua divinae legis justificatio impleatur, similiter rejicitur. — 64. Item et illa distinctio



duplicis vivificationis, alterius, qua vivificatur peccator, dum ei poenitentiae et vitae novae propositum, et inchoatio per Dei gratiam inspiratur : alterius, qua vivificatur, qui vere justificatur, et palme vivus in vite Christo efficitur : pariter commentitia est, et Scripturis minime congruens. — 65. Non nisi pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sive non malus ; et gratiae Christi injuriam facit, qui ita sentit et docet. — 66. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali. — 67. Homo peccat, etiam damnabiliter, in eo quod necessario facit. — 68. Infidelitas pure negativa in his, in quibus Christus non est predicatus, peccatum est. — 69. Justificatio impij fit formaliter per obedientiam legis, non autem per occultam communicationem, et inspirationem gratiae, quae per eam justificatos facit implere legem. — 70. Homo existens in peccato mortali, sive in reatu aeternae damnationis, potest habere veram charitatem : et charitas, etiam perfecta, potest consistere cum reatu aeternae damnationis. — 71. Per contritionem, etiam cum charitate perfecta, et cum voto suscipiendi sacramentum conjunctam, non remittitur crimen, extra causam necessitatis, aut martyrii, sine actuali susceptione sacramenti. — 72. Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum : unde et Job, et martyres, quae passi sunt, propter peccata sua passi sunt. — 73. Nemo, praeter Christum, est absque peccato originali : hinc virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut et aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis. — 74. Concupiscentia in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus jam dominatur, peccatum est, sicut et alii habitus pravi. —

75. Motus pravi concupiscentiae sunt pro statu hominis vitiiati prohibiti praeecepto Non concupisces ; unde homo eos sentiens, et non consentiens, transgreditur praeeceptum Non concupisces ; quamvis transgressio in peccatum non deputetur. — 76. Quamdiu aliquid concupiscentiae carnalis in diligente est, non facit praeeceptum : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. — 77. Satisfactiones laboriosae justificatorum non valent expiari de condigno poenam temporalem restantem post culpam conditionatam. — 78. Immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, sed naturalis conditio. — 79. Falsa est doctorum sententia, primum hominem potuisse a Deo creari, et institui sine justitia naturali.

2. Es necesario observar que entre las proposiciones que acabamos de trascribir, muchas de ellas son de Bayo palabra por palabra, otras solo en cuanto al sentido ; las demas son de Hessels, su compañero de estudios, ó de otros partidarios de Bayo ; pero como casi todas fueron enseñadas por este, se le atribuyen generalmente. Por estas proposiciones se ve claramente cuál era el sistema de Bayo. Distingue tres estados : el de naturaleza inocente, el de naturaleza caída, y el de naturaleza reparada.

3. Respecto al primer estado dice : 1º que Dios ha debido por justicia y en virtud de un derecho de la criatura, criar al ángel y al hombre para la eterna bienaventuranza, como se ve por los artículos 21, 23, 24, 26, 27, 55, 72 y 79, condenados en la bula de Pio V ; 2º que la gracia santificante era debida á la naturaleza inocente : esta proposicion emana de la primera por via de consecuencia ; 3º que los dones concedidos á los ángeles y á Adan no eran gratuitos y



sobrenaturales, sino debidos y puramente naturales, como se ve por los artículos 21 y 27; 4º que la gracia concedida á Adán y á los ángeles, no producía méritos sobrenaturales y divinos, sino naturales y puramente humanos, como aparece de los artículos 1, 7 y 9 : y en efecto, si los méritos emanan de la gracia, cuando los beneficios de esta son debidos y naturales á la naturaleza inocente, lo mismo debe decirse de los méritos que de aquella provienen; 5º que la bienaventuranza hubiera sido, no una gracia, sino propiamente una recompensa natural, si hubiesen perseverado en la inocencia, como demuestran los artículos 3, 4, 5 y 6; lo cual es una consecuencia de las proposiciones precedentes; porque siendo cierto que en el estado de la inocencia hubieran sido los méritos puramente humanos y naturales, en verdad que la bienaventuranza de ningun modo habria sido una gracia, sino una pura recompensa.

4. En segundo lugar, y por lo relativo á la naturaleza caída, pretende Bayo que perdió Adán por el pecado todos los dones de la gracia; lo que le hizo incapaz de practicar ningun bien aun natural, y ni fuerza le dejó para el mal. Infiere de aquí: 1º que en los que no estan bautizados, ó han pecado despues del bautismo, la concupiscencia ó movimiento del alma hácia las cosas sensibles, contraria á la razon, aun sin el consentimiento de la voluntad, es un verdadero pecado que se les imputa, en razon á que la voluntad de los hombres estaba contenida en la de Adán, como se ve por la proposicion 74. Añade tambien en la 75, que todos los movimientos desordenados de los sentidos, aun cuando no haya consentimiento, son, aun en los justos, trans-

gresiones, aunque no se les imputen; 2º que todo lo que hace el pecador es intrinsecamente pecado (proposicion 35); 3º que en materia de mérito, y demérito, la sola violencia es opuesta á la libertad del hombre; por manera que cuando se hace voluntariamente alguna accion mala, aunque se la ejecute necesariamente, no se deja de pecar (proposiciones 59 y 67).

5. En cuanto al estado de naturaleza reparada, supone Bayo que toda obra buena merece de suyo la vida eterna, independientemente ya de la disposicion divina, ya de los méritos de Jesucristo y del conocimiento del que obra, como expresan las proposiciones 2, 11 y 15. De esta falsa suposicion saca Bayo en seguida cuatro falsas consecuencias: 1ª que la justificacion del hombre no consiste en la infusion de la gracia, sino en la obediencia á la ley (proposiciones 42 y 69); 2ª que la misma caridad perfecta no va siempre unida á la remision de los pecados (proposiciones 31 y 52); 3ª que en los sacramentos del bautismo y penitencia, se perdona el pecado en cuanto á la pena, mas no en cuanto á la culpa, porque solo á Dios toca perdonar la culpa (proposiciones 57 y 58); 4ª que todo pecado merece una pena eterna, y que no los hay veniales (proposicion 21). Así que, relativamente al estado de naturaleza inocente, enseña Bayo los errores de Pelagio, pues dice con él, que la gracia no es gratuita, ni sobrenatural, sino natural y debida á la naturaleza. Por lo concerniente á la naturaleza caída, renueva los errores de Lutero y de Calvino, al sostener que el hombre es llevado necesariamente á ejecutar el bien ó el mal, segun los movimientos de los dos deleites celestial, ó terreno, que le son impresos. En fin, los errores que enseña sobre el estado